

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum in lege aliquam virtutem habuerint iustificandi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

*Super quæ contemnuntur. articulus secundum.*

*Vtrum cæmerioræ ueteris legis habebant uirtutem iustificandi tempore legis.*

I N arti. 2. eiusdem q. difficultas de continentia gratiae in sacramentis nouis legis relinquuntur di scutentia inferius in teria parte, ubi de sacramentis tra stabim, & de circu fione.

A D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod cæmerioræ ueteris legis habebant uirtutem iustificandi tempore legis. Expiatio enim a peccato, & consecratio hominis, ad iustificationem pertinet: sed Exo. viigesimono dicitur, q. per al persionem sanguinis, & inunctionem olei consecrabantur sacerdotes, & uelites eorum. & Leuit. 16. dicitur, quod sacerdos per apersionem sanguinis vituli expiabit Sanctorium ab immunditiis filiorum Isra el, & a prævaricationibus eorum atque peccatis, ergo cæmerioræ ueteris legis habebant uirtutem iustificandi.

¶ 2 Præterea. Id per quod homo placet Deo, ad iustitiam pertinet, secundum illud Psa. 10. Iustus Dominus, & iustitia dilexit: sed p. cæmerioræ aliqui Deo placebant, secundum illud Leui. 10. Quomodo potu plare Domino in cæmerioræ mente lugubriter ergo cæmerioræ ueteris legis habebant uirtutem iustificandi. ¶ 3 Præterea. Ea q. sunt diuini cultus, magis pertinent ad animam quam ad corpus, secundum illud Psalm. 18. Lex Domini immaculata, cōuertens aias: sed per cæmerioræ ueteris legis mundabatur leprosus, ut dicitur Leu. 14. ergo multo magis cæmerioræ ueteris legis poterant mūdar animam iustificando.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Gala. 2. Si data est lex que posset iustificare, Christus gratis mortuus est, id est, sine causa: sed hoc est inconveniens, ergo cæmerioræ ueteris legis non iustificabant.

Responso. Dicendum, q. sicut supra dictum est, \* in veteri lege duplex immunditia obseruabatur. Vna quidem spiritualis, quæ est immunditia culpe, alia vero corporalis, que tollebat idoneitatem ad cultum diuinum, sicut leprosus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticiuum: & sic immunditia nihil aliud erat, quam irregularitas quædam. Ab hac igitur immunditia cæmerioræ ueteris legis habebant uirtutem emundandi: quia huiusmodi cæmerioræ erant quædam remedia adhibita exordinatione legis ad tollendas prædictas immunditias ex statuto legis inductas. & ideo Apostolus dicit ad Heb. 9. quod sanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Et sicut ista immunditia, quæ per huiusmodi cæmerioræ emundabatur, erat magis carnis quam mentis, ita etiam ipsæ cæmerioræ, in statu carnis dicuntur ab ipso Apostolo patrum super. Iustitia, inquit, carnis usque ad tempus correctionis impositis. Ab immunditia uero mentis, quæ est immunditia culpe, non habebant uirtutem expiandi: & hoc ideo, expiatio a peccatis numquam fieri potuit, nisi per Christum, qui tollit peccata mundi, ut dilo. Et quia mysterium incarnationis & passionis Christi nondum erat realiter peractum, ueteris legis cæmerioræ non poterant in se continere realiter uitutem profuentem a Christo incarnato & passo, si cut continet sacramenta nouæ legis: & ideo non poterant a peccato mundare, sicut Apostolus dicit ad Heb. 10. quod impossibile est sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata. Et hoc est quod Gal. 4. Apostolus vocat ea gena, & infirma elementa. infirma quidem, quia non possunt a peccato mundare, sed hec infir-

A mitas prouenit eo q. sunt egena, id est, eo quod non continent in se gratiam. Poterat autem mens fidelium tempore legis per fidem coniungi Christo incarnato & passo, & ita ex fide Christi iustificabantur, cuius fidei quædam protestatio erat huiusmodi cære moniarum obseruatio, in quantum erant figura Christi: & ideo pro peccatis offerabantur sacrificia quædam in ueteri lege, non quia ipsa sacrificia a peccato emundarent, sed quia erant quædam protestationes fidei, quæ a peccato mundabant. & hoc est ipsa lex in nua ex modo loquendi. Dicitur. n. Leu. 4. & 5. quod in oblatione hostiarum pro peccato orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei, quasi peccatum dimittatur non ex uero sacrificiorum, sed ex fide & deuotione offerentium. Scindendum est tamen q. hoc ipsum quod ueris legis cæmerioræ a corporalibus immunditiis expiabant, erat in figura expiacionis a peccatis quæ fit per Christum. Sic igitur pater, quod cæmerioræ in statu ueteris legis non habebant uirtutem iustificandi.

A D PRIMVM ergo dicendum, quod illa sanctificatio sacerdotum, & filiorum eius & uectium ipsorum, uel quorumcumque aliorum per al persionem sanguinis, nihil aliud erat, quam deputatio ad diuinum cultum, & remissio impedimentorum ad emundationem carnis: & Apostolus dicit in prefiguratione illius sanctificationis, quia Jesus per suum sanguinem sanctificavit populum. Hec ergo expiatio ad remotionem huiusmodi corporalium immunditarum referenda est, non ad remotionem culpe: unum est Sanctorum expiari, quod culpe subiectum esse non poterat.

C A D SECUNDVM dicendum, quod sacerdotes placebant Deo in cæmerioræ propter obedientiam, & deuotionem, & fidem rei præfiguratae, non autem propter ipsas res secundum se consideratas.

A D TERTIVM dicendum, q. cæmerioræ illæ, q. erant instaurate in emundatione leprosi, non ordinabatur ad tollendam immunditiam infirmitatis lepra, quod pater ex hoc, quod non adhibebantur huiusmodi cæmerioræ nisi iam emundato. Vnde dicitur Leuit. 14. q. sacerdos egressus de castris cum inueniret lepram esse mundata, præcipiet ei qui purificatur, ut offerat &c. Ex quo patet, qd sacerdos constituebar ut iudex lepre mundata, non autem emundandæ. Adhibebant autem huiusmodi cæmerioræ ad tollendam immunditiam irregularitatis. Dicunt tamen quod quoniam, si contineret sacerdotem errare in judicando, miraculose leprosus mundabatur a Deo uirtute diuina, non aut uirtute sacrificiorum: sicut etiam miraculose mulieris adulteræ computrelcebant femur bibitis ags, in quibus sacerdos maledicta concesserat, ut habeat Nu. 5.

*Vtrum cæmerioræ ueteris legis cessauerint in aduentu Christi.*

A D TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod cæmerioræ ueteris legis non cessauerint in Christi aduentu. Dicitur enim Baruch. 5. Hic est liber mādatorum Dci, & lex que est in eternum; sed ad legem pertinabant legis cæmerioræ. ergo legis cæmerioræ in eternum durauit. Erant  
 2. 3. 4. 9. 96. 2r.  
 4. ad 1. Et 3.  
 di. 44. 9. 2. 2r.  
 2. ad 3. Et 4.  
 di. 1. 4. 2. 2r.  
 5. 9. 1. 2. 2r.  
 Et 2. 2. 2r.  
 ar. 4. 9. 3. co.  
 & quod 2. ar.  
 ti. 3. co. Et Rom. 4.

¶ 2 Præter. Oblatio mūdar leprosi ad legis cæmerioræ pertinebat: sed est in Euangelio præcipitur leproso emundatio, ut huiusmodi oblationes offerat. ergo cæmerioræ ueteris legis non cessauerunt Christo ueniēte.

¶ 3 Præter. Mancante causa manet effectus, sed cæmerioræ ueteris legis habebant quædam rationabiles causas, in quantum ordinabantur ad diuinum cul-

Prima Secunda S. Thomæ.

GG tum,